

ardentissimo. rationis enim collustratae signa haud fallacia dicendo exprimebant, gloriamque summi creatoris, cui se totos tradebant, omni modo celebrare adnitebantur.

II. Post miserandam quidem, in quam incidimus, vitae conditionem, cogitandi pariter, ac dicendi facultas prorsus est corrupta, simulque, quod maxime dolemus, insatiabili semper rerum terrestrium amore peccandique libidine ita explentur mortales, ut animi sermonisque cultum parum curent, quo nihil certe est praestantius, nihil utilius, nihilque homine dignius: natura tamen, quam deprauatam diximus, emendari, nobilitari, suumue ornamentum, quod amisit, consequi potest; si modo coelestis gratiae motibus efficacioribus locum relinquunt omnes.

III. Et